



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt omnes animæ electorum credendæ sint esse in coelo,& iniquorum
animæ in inferno. Ix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

non emendatur. De quo videlicet peccato per Ioannem dicitur: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. Peccatum nanque ad mortem est: quia scilicet peccatum quod hic nō corrigitur, eius venia frustra postulatur. De hoc adhuc subditur: Obliuiscatur eius misericordia. Omnipotentis Dei misericordia obliuisci eius dicitur, qui omnipotentis Dei iustitiae fuerit oblitus. Quisquis eū nūc iustum non timeret, post inuenire non valet misericordem.

*Vt omnes animæ electorum credendæ sint esse in cœlo,
& iniquorum animæ in inferno. Cap. LX.*

Ex dialo. **I**nquisitioni meæ iam video sufficienter satisfactū, sed *Gregorij.* **H**oc est adhuc quod quæstione animum pulsat. Quia Petrus in cùm superius dictum sit esse iam sanctorum animas in cœlo interrogat. Iohannes restat proculdubio, ut iniquorū quoque animæ esse non nisi in inferno credantur, & quid de hac re habeat, veritas ignoro. Nam humana æstimatio nō habet, peccatorum *Respōsio* animas posse ante iudicium cruciari. Si esse sanctorū animas in cœlo sacri eloquii satisfactione credidisti, oportet *Gregorij.* ut per omnia esse credas iniquorum animas in inferno: quia ex retributione æternæ iustitiae, ex qua iam iusti gloriantur, necesse est per omnia, ut & iniusti crucientur. Nam sicut electos beatitudo lætitificat, ita credi necesse est, quod à die exitus sui, ignis reprobos exurat.

*Quod sicut finis non est gaudio bonorum, sic finis non
est tormentis malorum. Cap. LXI.*

Ex dialo. **N**vnquid nam quæso te dicimus eos, qui semel illic *Gregorij.* meriti fuerint, semper arsuros? Cōstat nimis, & incū. *Int. Pet.* Etanter verūm esse: quia sicut finis non est gaudio bonorum, ita finis non est tormentis malorum. Nam cùm veritas dicat: Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autē in vitam æternam: quia verūm est quod promisit, falsum proceldubio non erit quod minatus est Deus.

*Quod ita non sit, ut quidam affirmant, quod Deus ob
hoc minatus sit, æternam pœnam peccantibus,
ut corrigere d' malis. Cap. LXII.*

Ex dialo.

Greg. Pe

tr⁹ inter.

Gre. ref.

Quid si quis dicat, idcirco Deus peccantibus æternam penam minatus est, ut eos à peccatorum perpetratione compesceret? Si falsum est quod minatus